

par como le manifesto, che Dio uolse e tolse la signoria che nuy aueuimo ab anticho dali nostri progenitori e romagnissimo così orfani senza signorià che nuy uegando e oldando che soto alinzelo signoria no ne plu uera e zusta e bona che la signoria de Venexia e abiando lo conforto de miser domino Dio che lanimo nostro desideraua con bonade e uolontiera, uegnissemo inchinare la signoria uostra e volessemo tutti essere con uno animo subditi uostri e fideli, e fessimo sagramento de esser boni e lial dela signoria uostra, de uiuere e morire in honor dela signoria de Venexia. ela excellentia uostra improferse a nuy de mantognirne e tegnirne ale uostre usanze. mo par che nuy auemo sapudo che miser Piero Gen uien dela per comprarne dala excellentia uostra. et imperzo suplichemo la signoria uostra per amor de Dio che non siamo tracti dale uostre mani, ne darne altro signor che la signoria uostra, che subito seremo deserti e desfatti del mondo elo peccado sera ala signoria uostra. sapiando la serenitade uostra che uoiando pur darene altro signor che la signoria uostra, nuy, per lo sagramento nostro loquale ue auemo fato, faremo chosi che cholui che uegnira tuor lo luogo, nuy li designaremo lo castello e tuto lo luogo ele possessione o chose e tute raxone dela signoria, e puo semo desposti de tuore le nostre fameie e uegnire habitate e stare in li luogi dela signoria de Venexia, ben che speremo in Dio et ala signoria uostra che chossi fato caso mai non seguira per la misericordia uostra. apresso suplichemo la signoria uostra che sia lo nostro comandamento ali rectori uostri, iguali die uegnire in questo luogo de gouernare e mantegnirne secondo le usanze nostre e le franchisie. Dio Mantegna molti anni la signoria uostra.

Data al isola de Tine, die iii di agosto, indizione viii. 1400»⁴³.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ

27

ΑΘΗΝΩΝ

1245-1249. Νοταριακές πράξεις. Λεμεσός, Λευκωσία [λ].

P. Claverie, «Apud Ciprum Nicossiam: Notes sur les relations Cyprio-Auvergnates au XIII^e siècle», *EKEE* 31 (2005), σσ. 70-71, αρ. 1-2.

27α

1248-1548. Νοταριακές και διοικητικές πράξεις. Βενετία, Μεραμπέλο, Νεγροπόντε, Ι. Μ. Παλιανής, Πεδιάδα, Ρώμη, Σφακιά, Χάνδακας [λ, ι].

Z. Τσιρπανλής (εκδ.), *Κατάστιχο εκκλησιών και μοναστηριών του Κοινού (1248-1548). Συμβολή στη μελέτη των σχέσεων Πολιτείας και Εκκλησίας στη βενετοκρατούμενη Κρήτη*, Ιωάννινα 1985, σσ. 131-343, αρ. 1-289⁴⁴.

43. σσ. 308-309, αρ. B14.

44. Τα υπ. αρ. 4 και 105 έγγραφα έχουν επαναδημοσιευτεί στο Γάσπαρης, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 162-163, αρ. 20 και σσ. 154-155, αρ. 11 αντίστοιχα. Πρβλ. σχετ. λήμμα 8 του παρόντος.



ΠΑΡΑΧΩΡΗΣΗ ΦΟΡΟΛΟΓΙΚΗΣ ΑΤΕΛΕΙΑΣ.

ΟΙ ΡΕΚΤΟΡΕΣ ΤΗΣ ΚΡΗΤΗΣ ΑΠΑΛΛΑΣΣΟΥΝ ΤΟΝ ΕΛΛΗΝΑ ΝΟΤΑΡΙΟ ΑΝΤΟΝΙΟΥ ΜΕΤΑΧΕΡΙΣΤΙ
ΑΠΟ ΤΗΝ ΥΠΟΧΡΕΩΣΗ ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ ΣΥΓΚΕΚΡΙΜΕΝΩΝ ΔΑΣΜΩΝ

Χάνδακας, 1281, 15 Μαΐου

«*Infrascriptas sen[tentias recepit esse datas per ducas contra papates et] clericos grecos.*

Anno M^oCCLXXXI^o. Dictum est sententialiter per dominum Matheum Superancio, rectorem Crete, habentem auctoritatem a domino Raynerio Delphino, similiter rectore Crete, qui tunc non erat presens ad placita audienda, eo quod non bene sentiebat se de persona, quod Antonius Metacheristi, notarius grecus, non debeat soluere aliquod datum ad portam parvam, nec ad comerclum, sicut soluunt forenses, sed habeatur in omnibus dationibus seu dacijs liber, tamquam Uenetus.

Ideo quod est notarius grecus et quod pignus acceptum sibi per illos de porta parua debeat ei restitui, et quod non debeat deinceps ab aliquo qui teneat parvam portam, comerclum, encantum, seu aliquod aliud dacium Comuni amplius molestari.

Actum die XV intrante mense Maij, indictione IX^a»⁴⁵.

ΔΙΗΝΕΚΗΣ ΜΙΣΘΩΣΗ ΑΚΙΝΗΤΟΥ ΓΙΑ ΤΗΝ ΑΝΕΙΞΡΣΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

Χάνδακας, 1311 (m. g. 1310), 4 Φεβρουαρίου

«*In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi M^oCCC^oX^o, mense februarü die quarto intrante indictione VIIIJ, Candide insule Crete.*

Manifestum facio ego Jacobus de Gradu, habitator Candide, quia cum meis heredibus, do, concedo et afficto tibi papati Michaeli Tricha, habitatori in burgo Candide, et tuis heredibus, unam peciam terre uacue passuum V per longitudinem et trium per latitudinem, et si plus esset, plus sit, posite in dicto burgo; que est de iure terre, quam habeo ad affictum a Comuni Crete a kallendis mensis aprilis proximi in antea, usque ad illum terminum, quo dictam terram habeo ad affictum a Comuni predicto, ad renouandum tibi cartam, sicut michi renouabitur a Comuni, cum plena uirtute et potestate ecclesiam in eam hedificandi et eam habendi, tenendi et possidendi de filijs in filijs usque ad complementum suprascripti termini, nemine tibi contradicente; non affictandi tamen eam sine mea licentia sub pena yperperorum XXV; pro affictu uero siue terratico dicte terre teneris per te uel per tuum missum dare et deliberare mihi uel meo misso annuatim paria duo gallinarum, quarum unum par quolibet festo Natiuitatis, et alterum, quolibet Pascale Resurrectionis Domini, sub pena dupli pro quolibet termino.

Si igitur contra hanc manifestam concessionis et affictionis cartam ire tentauerim, tunc emendare debeam, cum meis heredibus, tibi et tuis heredibus pro pena et nomine pene inde constitute yperpera in Creta currentia XXV; et hec manifeste concessionis et affictionis carta in sua permaneat firmitate.

Signum suprascripti Jacobi, qui hec rogavit fieri.

45. σ. 166, αρ. 75.

*Ego Nicolaus Piçolo, notarius, testis, subscripsi.
Ego Franciscus de Bello, testis.
Ego Stephanus Bono, notarius, complevi et roboravi»⁴⁶.*

ΜΑΡΤΥΡΙΚΗ ΚΑΤΑΘΕΣΗ ΓΙΑ ΤΟ ΙΔΙΟΚΤΗΣΙΑΚΟ ΚΑΘΕΣΤΩΣ ΝΑΟΥ

Χάνδακας, 1320 μετά τη 19 Μαρτίου

«[Ser Nicolaus] Fusculo, iuratus et interrogatus, <quam> rationem ipse habet in ecclesia Panagie suprascripte, respondit, quod per se nullam rationem [habet, sed] dixit, quod auus dicte Herini, filie quondam papatis Nichifori Casturi, uxoris dicti Nicolai, tenuit et possedit [dictam ecclesi]am toto tempore uite sue, uidelicet in sua bona etate; et post mortem dicti aui sui, papa Nichiforus Casturi, [pater dicte] Herini, tenuit et possedit dictam ecclesiam toto tempore uite sue; et post mortem dicti pape Nichiforo, [patris dicte] Herini, dicta Herini tenet et possidet dictam ecclesiam usque hodie. Interrogatus, si dicta Herini habet aliquam [scripturam uel] cartam de dicta ecclesia, respondit, quod habet cartam seu scripturam a domino patriarcha. Interrogatus, si dicta ecclesia [est edi]ficata super terram Comunis, respondit sic, uidelicet super locum quem Nicolaus Pechigra tenet a Comuni»⁴⁷.

ΑΠΟΦΑΣΗ ΤΟΥ ΔΟΥΚΕ ΤΗΣ ΚΡΗΤΗΣ.

ΚΑΘΟΡΙΖΕΤΑΙ ΤΟ ΚΑΘΕΣΤΩΣ ΤΩΝ ΒΙΛΑΝΩΝ ΚΑΙ Η ΞΕΑΡΤΗΣΗ ΤΟΥΣ ΑΠΟ ΤΑ ΦΕΟΥΔΑ

Χάνδακας, 1409, 9 Ιουνίου

«Copia de libro bannorum tempore magnifici domini Ludouici Mauroceno, olim honorabilis duche Crete, saque consilij; charta 91.

Die 9 Junij 1409

Clamatur fuit publice per Michaellem Dolfinum, gastaldionem, quod cum aliqui feudati franchant et etiam vendant aliquos de suis vilanis suorum feudorum separatim, sine aliqua parte dicti feudi, quod male factum, quia vilani sunt annexi feudis et feuda sunt annexa vilanis, et occasione huiusmodi venditionum accidit, quod in processu temporis dicti vilani sic franchati et venditi sine feudis acquirunt ipsi vel eorum heredes libertatem, propter negligentiam vel obliuionem predictorum feudatorum Comunis, cuius sunt feuda et vilani huius insule.

Iccirco per magnificum dominum Ludouicum Maurocenum, honorabilem ducham Crete, et suum consilium, dictum, ordinatum et mandatum est, et ideo debere publice proclamari, quod de cetero aliquis feudatus non possit franchare aliquem vilanum feudi vel vendere aut pignorare aliquem sine feudo vel sine aliqua parte feudi; et nihilominus talis franchatio vel venditio aut pignoratio non sit alicuius valoris. Insuper, quod nullus notarius audeat facere aliquam cartam franchationis alicuius vilani feudi vel venditionis aut pignorationis alicuius villani feudi sine feudo vel aliqua parte feudi, sub pena priuationis offitij notarii, et nihilominus carta nullius sit valoris. Et teneantur dicti notarij venire ad accipiendum copiam huius ordinis, sub pena iperperorum V, pro quolibet contarfaciente»⁴⁸.

46. σσ. 235-236, αρ. 157.

47. σ. 202, αρ. 110.

48. σ. 319, αρ. 254.